IACOBI SIMANCAE PACENSIS EPISCOPI, COLLECTANEORVM DE REPVBLICA LIBRI IX.

Ex illuſtribus Theologis, Legum latoribus, Iuriſconſultis, Medicis, Philoſophis, Poetis, Hiſtoricis, aliiſque bonarum artium peritis.

OPVS ſtudioſis omnibus vtile, viris autem politicis neceſſarium.

In hac quarta editione adiecti ſunt ab auctore plures quàm mille loci memorabiles.

15 98.

Libreria

SALMANTICÆ

Apud Didacum à Cuſsio.

Expenſis Ioannis Pulmani Bibliopolæ.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

IACOBI SIMANCAE, ZAMORENSIS EPISCOPI, DE REPVBLICA LIBRI IX.

Præludium.

Sapientum, & prudentium ſententijs, autoritati, & exemplis plurimum eſſe tribuendum.

ECCLESIASTICI Cap. 39.

SApientiam omnium antiquorum exquiret Sapiens. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit; id eſt, doctrinam ſapientium memoriæ commendabit. 1

Xenophon lib. 1. de factis, & dictis Socratis.

Theſauros ſapiētium priſcorum, quos illi literis 2
mandantes nobis reliquerunt, vnà cum neceſſarijs meis reuoluens, ſi quid reperiamus boni, elicimus: magnumque lucrum arbitramur, *& cætera.*

Iſocrates ad Nicoclem.

Manifeſtum illud eſt, libros, quibus præcepta 3
continentur, aut conſilia, ſiue verſu, ſiue ſoluta oratione ſcripta ſint, humanæ vitæ vtiliſsimos eſſe ab omnibus cenſeri. Cuius rei argumentum eſt Heſio